

Beihet

2

S 121

1287 (1286) Febr. 23.

[62] *1286*
 Der Edle Hermann von Lohn überträgt die Güter Degenink, Käpl. Lohn, an
 das Kloster Varlar.

Nos Hermannus nobilis de Lohn, alias dictus Rydere, Gertrudis uxor nostra, Hermannus et Wigboldus liberi nostri et cohaeredes omnibus praesentibus et futuris praeuersitatis visuris notum esse cupimus, quod nos libera voluntate et unanimi consensu mansum sive bona dicta Degenink in Buren, sita in parochia Lohn, cum lignis, agris, pratis, pascuis et cum omnibus suis attinentiis et juribus et hominibus ad dicta bona pertinentibus, quae jure proprietatis nos contingebant, consideratis meritis²⁾ et favore venerabilium virorum domini Joannis praepositi et conventus ecclesiae Varlariensis, quos speciali prosequimur affectu, pro remedio animarum nostrarum liberaliter contulimus et in manus dicti praepositi et conventus et domini Luberti infirmarii dicti Rost nomine sepedicti praepositi et conventus in solidum resignavimus jure proprietario perpetuo possidenda, nihil nobis hactenus vel nostris successoribus juris vel gratiae in dictis bonis vel hominibus reservantes; [statuendo,] quod nobis decadentibus habebit conventus ecclesiae Varlarensis qualibet anno tres solidos Monasteriensis monetae in die anniversarii nostri de saepedictis bonis pro memoria nostra perpetuo solemniter facienda. Ut autem haec rata et firma permaneant et a nobis et nostris successoribus inviolabiliter observentur, praesentem literam ecclesiae Varlarensi³⁾ tradidimus sigilli nostri munimine

roboratam. Datum anno Domini M^oCC^oLXXX sexto, dominica Invocavit, praesentibus et protestantibus domino Lodewico de Holte, magistro Luberto, Henrico cantore canonici Monasteriensis ecclesiae; nobili viro domino Bolde-wino de Stenfordia, Hermanno de Bermentvelde, Hugone dieto Bere, Hermanno de Lendde, Caesario Selekinck et Joanne de Cossveldt militibus; Thiderico de Grollo, Rotgero filio suo, Wescelo Vridach, Arnoldo Scoken, Alberto Duggehup et Wilhelmus de Holte famulis et aliis quam pluribus.
Kopie im Varlarer Kopiar S. 35/36.